



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

XXXI. Declaratio incursus in excommunicationem, & anathema, aliasque  
pœnas canonicas, ac Excommunicatio, & Anathematizatio interfectorum  
bo. m. Jo. Francisci Episcopi Nicoterensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

ANNO  
1668.

Clausula  
præservati-  
va.

CLEMENS NONUS.

277 ANNO  
1668.

illatenus possit, nisi, & donec à Nobis seu Sede prædicta aliter provideatur.

¶. 5. Decernentes eisdem præsentes litteras etiam ex eo quod Superioris, & alii Canonici, & Fratres, seu Religiosi Congregationum, suppressarum præfatarum, & ceteri quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodo libet prætendentes illis non confenserint, nec ad ea vocati, & audit, neque causæ propter quas eadēm præsentes emanarunt, adductæ, verificatae, aut iustificatae ullatenus fuerint, nullo unquam tempore, de subreptionis, vel obreptionis, nullitatibus, aut invalidatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ex eo quod in iisdem præmissis solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite à jure, vel facto, aut statuto, vel confusione aliqua resultante, etiam in corpore Juris clauso, sive etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, & quovis alio prætextu, occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabilis, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda fore, notari, & impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci, vel adversus illas restitutio nis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quocumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, aut impetrato quenpiam uti, seu se juvare posse; sed ipsas præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoq[ue] plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

Clausula sub-  
lata.

¶. 6. Sicque & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quocumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauilarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dicta Sedis Nuncios, alioq[ue] quoilibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si fecis super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria fü  
deratio.

¶. 7. Non obstabus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, & quatenus opus sit de jure quæsito non tollendo, ac de exprimento vero valore in suppressionibus perpetuis, illisque commit tendis ad partes vocatis quorum interest, & alias nostris, & Cancellaria Apostolica regulis, nec non Congregationum suppressarum predicatorum, earumque respectivè Conventuum, Collegiorum, Monasteriorum, & Ecclesiæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, pri vilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Congregationibus, illarumque Superioribus, Canonici, Fratribus, Religiosis, & personis quibuscumque, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatariarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu simili, & consistorialiter, ac alias quomodolibet concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & sin-

gulorum tenores, formas, & occasionses præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, & servatis respectivè habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

¶. 8. Volumus autem, ut earumdem præsentibus litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem pro rata fides adhibetur in judicio, & extra quæ præsentibus ipfis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Decembri 1668. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo, Indictione sexta, die vero 14. mensis Decemb. Pontificatus autem Santissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Clementis Divina Providentia Papa IX.  
Anno ejus secundo, præsentes litteræ affixa, & publicatae fuerunt ad valvas Basilice Principis Apostolorum, Cancellaria Apostolica, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum Sanctiss. D. N. Papæ Curs.

Gregorius Stagius Curs. Mag.

Declaratio incursum in excommunicationem, & anathema, aliasque penas canonicas, ac Excommunicationem, & Anathematizatio interfectorum bo. m. Jo. Francisci Episcopi Nicoterensis.

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Cum sicut non sine gravi animi nostri perturbatione accepimus, bon. mem. Joannes Franciscus dum vixit Episcopus Nicoteren. in ipsa sua civitate Nicoteren. à nonnullis iniquitatis filiis, qui ad præsens ignorantur, nefariè interdictus fuerit.

¶. 1. Nos crimen adeò horrendum, & quod Nos sui atrocitate confudit, penit. per facros Canones, Conciliorum Generalium decreta, & constitutiones Apostolicas infiſtis, & promulgatis pro officiis nostri debito vindicare, & punire volentes: Ex parte Dei Omnipotens Patris, & Fili, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostra omnes & singulos, qui homicidium in persona dicti Joannis Francisci Episcopi commiserunt, aut illud fieri mandaverunt, seu factum ab aliis ratum haberunt, vel socii in hoc fuerunt facientium, aut consilium, auxilium, vel favorem illis dederunt, seu illos scienter defensaverunt, vel receptaverunt, & generaliter quoctumque tam detestandi sceleris quomodolibet complices, & culpabiles, cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, ordinis, præminentiae, & dignitatis sive Ecclesiasticae, sive secularis, etiam speciale, & individuam expressionem requirentis, existant, anathematias, & excommunicationis majoris, aliasque penas qualcumque à Sacris Canonibus, Conciliorum Generalium decretis, & Constitutionibus Apostolicis, & speciatim illa quotannis in die Cœnæ Domini legi solita infiſtas eo ipso damnabiliter incurrisse tenore præsentium declaramus, ipsosque & eorum quemlibet, & quocumque scientiam de prædictis delinquentibus habentes & non revelantes anathematizamus, & excommunicamus, ac anathematizatos & excommunicatos publicamus, & nunciamus.

¶. 2. Ab excommunicationis autem & anathematizati hujusmodi sententiis, nemo prædictorum per alium quam Nos, & Romanum Pontificem

Transumpti  
rum fides:

XXXI.

Proemium.  
Excommuni-  
catione.

1669.

Absolutionē  
ab excom-  
municatione  
sibi referat.

pro tempore existentem (præterquam in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præfita, atque cum reincidentia eo ipso quo convaluerit) etiam vigore seu prætextu Jubilæi Anni Sancti, Cruciatæ Sanctæ, aliorumque Jubilæorum, Indulgientiarum, Indulctorum, facultatum, & privilegiorum, etiam speciali expressione dignorum, quibuscumque Ecclesiasticis fœcularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate prædictis, ipsique Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, & Loci piis, necnon lăris, etiam Regali, Ducali, & alia mundana præcellentia fulgentibus, per Nos & Sedem Apostolicam, ac cuiusvis Concilii decreta verbo, litteris, aut alia quacumque scriptura in genere, vel in specie concessorum, & etiam plures innovatorum, ac concedendorum, & innovandorum, absolvī possit.

Publicationem fieri jubet.

Cenam ex-  
communicationis abf-  
vere paxu-  
mentibus in-  
dicat.

Clausulae  
præservativae  
& decreta  
irritans.

Contraria  
solit.

longissimis, & immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus supradictis, vel eorum aliqui, seu quibusvis alijs cujuscumque Ordinis, status, gradus, conditionis, dignitatis, & præminentiae fuerint, etiam si ut præmittitur Pontificali, Regali, Ducali, seu quavis alia Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate, à Sede prædicta ex quacumque causa etiam per viam contractos, & remunerationis, etiam intuitu & contemplatione Regum, Ducum, Rerumpublicarum, & aliorum quorumcumque, ac sub quibuscumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, alijque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritatibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, ac etiam consistorialiter, & alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, etiam continenibus, quod excommunicari, & anathematizari non possit per litteras Apostolicas non sufficientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, Indulgentiis, & Indultis hujusmodi, ac de Ordinibus, Loci, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro sufficientib[us] illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expresa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo labore permanfuris, ad præmissorum effectum hac vice dumraxat specialiter & expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus, & volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Rōmæ apud Sanctam Sabinam sub annulo Picatoris, die 23. Februario 1669. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Dat. P. Anz.  
die 23. Febr.

¶. 3. Et quia eo major erit ipsorum confusio quo sua faerit culpa patentior, quoisque dignam satisfactionem præstiterint, & absolutionis beneficium, ut supra se obtinuisse docuerint, omnibus, & singulis Patriarchis, Primitibus, Archiepiscopis, Episcopis, & Locorum Ordinariis ubilibet constitutis per easdem præsentes commitimus, & in virtute sanctæ Obedientiae districte præcipiendo mandamus, ut per se vel per alium, seu alios per omnes Civitatum, & Diocesum suarum Ecclesiæ quibuslibet diebus Dominicis, & festivis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenerit, pulsatis campanis, & candelis accensis, prædictos sic excommunicatos, & anathematizatos solemniter publicent, seu publicari current & faciant.

¶. 4. Quod si fortè aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate illaqueatis, vel eorum aliqui absolutionis beneficium impendere de facto præsumperint, eos excommunicationis sententia innodamus, gravius contra eos spiritualiter & temporaliter, prout expedire noverimus, processuri.

¶. 5. Decernentes præsentes litteras, etiam ex eo quod prædicti, & quicunque alii in præmissis interessi habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non conferenter, nec ad ea votati, citati & auditi fuerint, de subreptionis, & obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis nostra, aut alio quopiam quantumvis substantiali defecitu, vel ex quacumque alia causa, occasione, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, notari, impugnari, invalidari, redargui, seu rescindi, aut ad terminos Juris reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutions in integrum, vel aliud quodecumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, aut etiam motu proprio concessio quempiam in judicio vel extra iudicium seu se juvare nullo unquam tempore posse; Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Juges ordinarios, & delegatos, etiam Cavarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari & definiri debere, ac irritum & inane, si quid securus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

¶. 6. Non obstante quibusvis Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus necnon quibuscumque etiam juramento, confirmatione Apost. vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac præscriptionibus quantumcumque

Decretum, in quo Conventus Licensis, Grimis, Ripladæ, & Calderolæ Ordini Fratrum Minorum Conventualium Sancti Francisci, cum omnibus bonis, iuribus, & pertinentiis adjudicantur.

### CLEMENS PAPA IX.

Edita An. D.  
1669.

Ad futuram rei memoriam.

Ex injuncto Nobis calitus Apostolicæ servitutis officio Religiosorum virorum statui, quantum cum Domino possumus salubriter provide cupientes, ac dilectum filium Antonium Latinum ab Ameria Commissarium, ac Vicarium Generalem Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictioni, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentiis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodus existit ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censemtes.

¶. 1. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de confilio Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationis super statu Regularium deputata, qui litteras feliciter record, Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri, die 6. Februario 1626, super extinctione, ac suppunctione Congregationis Fratrum Conventualium Reformatorum ejusdem Sancti Francisci emanatas, necnon unas die 16. Septembris 1667,

Supplicatio  
Congr. Fra-  
trum Conven-  
tual. Refor-  
matorum ab  
Urbano  
VIII.

super

XXXII.

Exordium.